

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum
dierum Quadragesimæ

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

Præfatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

PRÆFATI.

Non tantum causâ vitandi fastidii, quo
ex semper uniformi ratione modo
que recogitandi Passionem Domini
contrahi facile posset, verum etiam
propter intimorem arcanorum mysteriorum
ejusdem Passionis cognitionem, & insuper pro-
pter uberiorem maximorum fructuum, ex ejus-
dem Passionis meditatione perceptionem, opera
preium mihi videtur fore, si varios Passionem
Dominicam meditandi modos Lectori propo-
suero, quorum varietate cognita, atque gusta-
tâ, fastidium quidem devitet, famem verò ex-
acuat, delectationem acquirat, interiora Passionis
Christi facilius subintret, & denique quod re-
caput est, fructibus eximiis semper onustus pro-
Matt. 13.50. deat, atque instar boni Patris familias, de thesauro
suo, nempè Dominica Passione, nova & vetera
proferat. Cupio verò, ut Lector jam nunc in-
telligat, mihi propositum esse, explicare modos
Passionem Dominicam recogitandi, meditandi, liter-
contemplandi, longiore quâdam morâ in eis rum
mentem occupando. Nam illam instantaneam posi-
ac transitoriam Passionis Christi memoriam, cir- elici-
caque JESUM Passum, vel Patientem, animi, bre- sing
viculam, & subinde repetitam, interruptamque supe-
ac

ac innovatam occupationem, qua devoti, perfectique viri, pro suo quisque, tum gradu, tum fervore, saluberrimè uti solent, hoc tempore ego pertractandam mihi non sumo. Deinde verò non Meditationes in Passionem describendos mihi statuo. Quanquam enim modis Paradigmata passim subjiciuntur, quæ etiam Meditationes sunt, hoc tamen nonnisi ideo agitur, ut modis ipsis major quædam lux apponatur. Igitur ut propositum meum exequar, sit jam Tractationis initium.

MODUS I.

Passionem Dominicam meditandi.

Juxta rationem meditandi à Sancto Patre nostro IGNATIO traditam, & à nostræ Societatis hominibus usurpari solitam, assumantur ad meditandum singula mysteria Dominicæ Passionis, juxta contextum historiæ, ab Evangelistis descriptæ: in eisque debitâ devotâque diligentia, recogitentur. 1. quidem Personæ, v. g. Christi, Matris ejus, discipulorum, persecutorum, Patris æterni, Angelorum, Dæmonum, expendendo singularum Personarum conditio- nes: ex eaque expensione documenta eruendo, & affectus eliciendo, proposita concipiendo. 2. autem Personarum verba, seu verè seu probabi- andi, liter dicta, dicendave attendendo, atque ex eo- rum ponderatione, doctrinas, & affectus, pro- positaque propriæ meditantis conditioni idonea- c, cir- elicendo. 3. Demum operationes Personarum singularum considerando, factâque reflexione que super proprium statum, ac modum vivendi, do- cumenta